Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift

aut suscipe. Suscipiendo autem in orato
rio coram omnibus promitat de stabilitate
sua et conuersione morum suorum et obedientia
coram deo et sanctis eius. Vt si aliquid aliud
fecerit. a deo se damnandum sciat quem
irridet. De qua promissione sua faciat
petitionem ad nomen sanctorum quorum re
liquie ibi sunt et abbatis presentis.
Quam petitionem manu sua scribat.
aut certe si non scit literas alter ab eo
rogatus scribat. et ille nouicius sig
num faciat. et manu sua eam sup
altare ponat. Quam diu posuerit.
incipiat ipse nouicius mox hunc ysum.
Suscipe me domine secundum eloquium tuum et viuam.
et non confundas me ab expectatione
mea. Quem uersum omnis congregacio
tercio respondeat. adiungentes gloria pa
tri. Tunc ipse frater nouicius prosternat
singulorum pedibus ut orent pro eo. Et
ex illa die in congregacione deputetur.
Res si quas habet. aut eroget pro
pauperibus. aut facta sollempniter
donacione conferat monasterio nichil sibi re
seruans ex omnibus. Quippe qui ex illo
die nec proprii corporis potestatem se
habitum sciat. Ideo ergo in oratorio
exuatur rebus proprijs quibus uestitus.